Dex. praecipuum vulgo tribuitur motum singulis astris. Unus cois et diurnus, qui quotidie supra polos aequatoris ab ortu ad occasum peragitur: alter proprius qui supra polos Eclypticae ab occasu ad ortum perficitur.

A luna quidem diebus 27. 7 horis: et
25 minutis

A Mercurio 80 diebus circa solem et anno
Integro cum sole circa terram.

A Venere iuxta observationes Copernici
9 mensibus circa solem, et anno Integro
simul cum sole circa terram.

A sole anno solari, h. diebus 365, horis 5,
et 40 minutis: itaque sol in percurrendis
sex signis borealibus a principio arietis ad
principium librae impendat 9 dies plures, quam
in percurrendis signis australibus: nam a 23
septembris inclusive ad 21 martij exclusive
sunt tantum 180 dies, et a 21 martij inclusive
ad 23 septembris exclusive sunt tantum
185 dies; idque propter excentricitatem motus
solaris

A marte, biennio

A Jove 12 circiter annis

A saturno annis 30

A stellis fixis iuxta coloniensem calculum
36. millibus annorum; quod temporis spatium

dr certe annus magnus sive annus Platonicus

Verum qui Soliditatem Cælorum planeticorum explodimus cum Systemate ptolemaico, et in nostra Sententia Planetæ moventur in cælo, sicut nodi cum ligno, aut gemmæ cum annulis: sed in medio cælesti fluido feruntur ut pisces in mari et aves in aere: ideo singulis astris unicum verum motum tribuimus sola ratione multiplicem. atque ut in uno exemplo res tota innotescat, sic explica motum solis juxta sententiam tychonis brahæi.

Sol in 1° gradu arietis existens verno æquinoctio, ab ortu ad occasum, intra 24 horas unam conversionem absolvit, dempto uno circiter gradu. hancque conversionem conficit circulo non perfecte parallello æquatori, sed spirali et aliquatenus septentrionali: itaque die sequenti incipit a 2° gradu arietis et sic deinceps. motus ille quo unam conversionem absolvit, vocatur motus diurnus: et illa tardatio motus, quasi et

Sol singulis diebus unum gradum — percurrendum relinquat; et inde in anno una circulatio absit, quominus tot conficeret circulationes, quot elapsi sunt dies: — illa, inquam, retardatio vocatur motus — proprius et annuus Solis: unde motus proprius non tam est motus quam tardatio motus.

Si vero modo altius ascendat astrum ut in apogaeo, modo inferius descendat, ut in perigaeo: modo citatius: modo lentius feratur: hoc facile potest explicari sine importuna illa concentricorum, excentricorum, et Epyciclorum farragine: dicendo sydus — unico motu haec omnia praestare: similiter ac in aere uno eodemque volatu hinc inde — progreditur; itaut licet singulae partes — ejusdem circulationis aequales non videantur velocitatis inter se, una tamen circulatio cum alia ejusdem astri comparata, ei sit plane homogenea.

Quod dixi de Sole, dicendum est proportione — servata de singulis astris

Articulus 4.us De Caeteris Stellarum Proprietatibus

In astris observant astronomi ortum et occasum, elevationem, declinationem, longitudinem, latitudinem, parallaxim, refractionem et scintillationem, quae omnia hoc articulo breviter sunt exponenda.

Ortus et occasus astri 2.ex: astronomicus et poeticus: 1.us vocatur ascensio et descensio astronomica. 2.us retinet nomen ortus et occasus.

Ascensio astronomica est arcus aequatoris qui cum aliquo sydere aut gradu eclypticae dato supra horizontem emergit.

Descensio astri est arcus aequatoris, qui cum aliquo sydere aut gradu eclypticae dato infra horizontem deprimitur.

Porro in sphaera parallella, nulla est proprie ascensio aut descensio sydeorum, quia in ea sydera perpetuo circumferuntur secundum

Circulum Horizonti seu parallelum, et proinde nec ascendunt nec descendunt saltem sensibiliter.

Ortus poeticus est vel Elevatio, vel apparitio stellæ supra horizontem situatione solis.

Occasus Poeticus est descensus stellæ infra horizontem, vel illius occultatio ad solem determinata.

Uterque 3plex. sc. cosmicus, acronicus et Heliacus.

Ortus et occasus cosmicus contingunt sole oriente, sc. cum aliquod sydus simul cum sole oritur, dicitur oriri cosmice, at vero cum sole oriente occidit, dicitur occidere cosmice

Ortus et occasus acronicus contingunt sole occiduo sc. cum sydus sole occidente occidit, dicitur occidere acronice: cum vero oritur sole occidente, dicitur oriri acronice.

Ortus Heliacus est sydus quod et si supra horizontem constitutum, prius non videbatur propter viciniam solis majori lumine ipsum offuscantis, sole recedente conspicitur. Unde

potius e apparitio qm ortus astri.

Occasus heliacus, e cum sydus adhuc supra nostrum Horizontem existens pptr majorem solis lucem o amplius apparet: Unde potius e occultao quam occasus astri.

Elevao astri e altitudo ejus supra Horizontem.

Declinao astri e distaa stellarum ab aequatore: adeout si aliqua stella foret sub polo, maximam haberet declinaoem se. 90 graduum: Unde 2ex e septentrionalis et meridionalis.

Longitudo astri e distaa ejusdem In Ecliptica ab aequinoctio verno, seu primo gradu Arietis: Unde pisces summam hent longitudinem.

Longitudo astronomica differt a longitudine Geographica (de qua supra) qd Geographica desumatur ex distaa loci a primo meridiano qd transit per Canarias: astrologica vo a distaa astri ab aequinoctio verno.

Latitudo astronomica [illegible] ab Eclyptica versus polo[s] Zodiaci. Unde Sola minor maximam [habet] Latitudinem Borealem, cauda [draconis] nullam. Qu[e] e, septentrionalis et meridionalis.

Latitudo astronomica differt a Geographica, q[uo]d hac desumitur a dista[nti]a loci ab aequatore, illa vero a dista[nti]a Syderis ab eclyptica

Parallaxis e differentia qua e inter verum et apparentem locum alicujus astri.

Verus locus e punctum in firmamento ad q[uo]d terminatur recta a centro terrae per centrum Syderis ducta: sic punctum et e verus locus Superiorum Syderum.

apparens locus e punctum in firmamento, ad q[uo]d terminatur recta ab oculo per Corpus Syderis ducta: Ut E. et B, ut medii Syderis D. et C. ut Inferiori.

Stellae fixae nullam [habent] parallaxim, q[ui]a Orbis appositum prope aliud terminum

vidum, ex quocumque loco videatur, in eod. puncto videtur, ut pt in A, :. fixa a st in firmamento prae soliditate visum terminantis.

Planetae quo st inferiores, eo majorem habent parralaxim, qa spora quo st remotiora a spora visum terminante eo majorem faciunt visus errorem :. sic in D. et C. major ē error visus, qm in E et B. haec oia clare patent in hoc schemate.

refractio in gne sic dum radius incidens ab uno medio ad aliud diversae densitatis aut raritatis oblique ppagatur, itaut fractus appareat.

Dum ~~radius ex~~ medio rariori incidit in densiore, fit refractio accedendo ad lineam perpendicularem ut pt in hoc explo in quo radius A, ñ recte propagatur ad, B, sed frangitur per lineam C. accedentem ad perpendicularem B,.

Dum ~~vo~~ ex medio densiori incidit

in rarior: fit refractio recedendo a perpendiculari, ut patet in sequenti figura, inquam radius f o refractendus ad f, sed frangitur per lineam g, recedendo a perpendiculari, h.

Refractio ergo astri est apparens elevatio, vel depressio ejusdem, propter medium inter oculum, et astrum interpositum: habitus scilicet a globo terraqueo undequaque cincto. Unde stellæ raro apparent in eo loco in quo sunt.

Hinc sol aliquando apparet, antequam revera sit supra horizontem, ut patet in sequenti diagrammate; hinc eidem sol citius oriens vel tardius occidens prodigii plurimas. Hinc etiam maximæ contingunt astrorum refractiones in horizonte, quibus fit ut astra soleant apparere majora in horizonte quam in meridie, quia plures ibi vel saltem crassiores sunt vapores et exhalationes propter majus spatium.

Reflexio fit dum occurrit corpore

Impediunt, ne ad longius excurrat, et q̄d ipsam remittant, ut p̄t in Illuminatõe Lunæ a Sole.

Differunt reflexio et refractio q̄d in reflexione ad õ pergat ultra corpus reflectens, sed ab eo veluti remittatur, ut p̄t in vulgaribus speculis. at in refractiõe ad transeat per corpus refringens, seu parumper fractum, ut p̄t in speculis ustorijs

Scintillatio e quædam apparens syderis tremor ortus ex visus nostri imbecillitate et nimia astri distãa. Unde planetæ parum admodum scintillant, q̄a s̄t ppe nos, ut docet Arist. 2 de Cælo t. 8.

Caput Ultimum.
De
mundi Systemate.

Systema mundi e corporũ nobiliorum mundi p̄tium certo ordine et situ inter se dispositarum ad applicandum earum motum et quietem.

Tria sunt celeberrima mundi systemata, quae nunc a mathematicis et philosophis propugnantur, scilicet Ptolemaicum, Copernicum, et Tyconicum, quae hoc capite expendemus.

Articulus 1.us
Refertur Systema Ptolemaicum

Ptolomei sectatores ad suam hyppotheism stabiliendam, duo supponunt principia.

1.um est coelos esse solidos

2.um est, singulos coelos planetas unicum habere motum proprium, plures vero per accidens ad motum superiorum. E.g. solem proprie habere motum annuum, motu a diurno rapi a primo mobili et ita de caeteris.

Ex illis duobus principiis colligunt multitudinem coelorum, si enim coeli sint solidi, tot debent esse coeli quot sunt diversi

motae, proinde cum pateat experientia septem planetas diversis motibus ferri, sequitur quod in eorum mente septem sint caeli planetici realiter inter se distincti.

Sed eorum mentem sic accipe. terra universi centrum occupans aquae et aere circumfusa stat immobilis, et ignis supervolitans totam regionem elementarem absolvit: regioni elementari proxime succedit regio planetaria septem constans orbibus solidis ad septem planetas deferendos, quorum primus defert lunam, secundus mercurium: tertius venerem: quartus solem: quintus martem, sextus jovem, septimus saturnum: illis caelis superextendunt stellatum seu firmamentum, et hos octo caelos tantum admittebant, et ultra firmamentum appellentes primum mobile: sed temporum progressu alii observati motus novos caelos admittendi occasionem dedere, nam librationem ab occasu ad ortum et contra, proprie primum chrystallinum,

librare eos a septentrione ad meridiem
et contra, secundum Chrystallinum dedit
et post hoc decem coelos constituendum
fuit primum mobile, et a firmamento
propterea distinguendum: sidera docet dari postea
Empyraeum, quae hujus systematis fautores
admittere nunc tenentur duodecim coelos,
eo ordine quo in sequenti figura delineantur.

Verum. Cum illi authores observassent
unumquemque planetam modo longius
distare a terra, dum scilicet in apogeo:
modo ad eam propius accedere, dum scilicet
in perigeo, unumquodque coelum planeticum
ex tribus partialibus orbibus compegerunt,
quorum medium AB, conformis crassitiei
et uno excentricum ru mundi vocarunt
deferentem, quod Planetam perpetuo deferat:
duos alios vocarunt excentricos
secundum quid: nam infimum CD voluerunt
esse secundum concavam superficiem terrae
concentricum; secundum convexam vero excentricum,

supremum E. f. contra: Adum concavam excentricum: Adum convexam concentricum sciverunt: et sic caelum totale ad centricitatem reduxerunt. punctum a, G, in differentia remotissimum a terra vocavunt augem, seu apogaeum seu supremam absidem: punctum a H, vocavunt oppositum augis seu perigeum, seu imam absidem: et lineam .G. H. vocavunt lineam augicae.

Et quia Planetae superiores videntur nunc progredi solito celerius, nunc stare, nunc retrogredi, ad salvandam illam anomaliam adinvenerunt Epicyclos, in quibus affixi sunt ocs planetae (dempto sole) qui Epicycli dum cum deferente circa centrum mundi volvuntur, interim circa proprium centrum volvuntur: et sic dein hanc in planetis faciunt varietatem, ut patet in sequenti schemate; ubi planeta in puncto, I, dicitur directus: in K, retrogradus: in L. et M. stationarius, quia dum Planeta ab C. ad M. volvitur, videtur

directe progredi: dum vero ab M. ad L. circumvolvitur sui Epicycli defertur, videtur retrogradi: in L. et M. videtur stare.

Casus 2.us

Refelluntur Ptolemaici

Dico 1.o totam regionem planeticam fluidam esse.

Probatur 1.o Mercurius, Venus et Mars aliquando sunt supra solem, aliquando infra, ut patet ex eorum parralaxi: atqui nisi regio planetica esset fluida, haec phaenomena contingere non possent, namque si planetae essent in Caelis solidis, non possent descendere ex uno loco in aliud sine penetratione: ergo regio planetica non est solida. Simile argumentum desumi potest ex quatuor satellitibus Jovis et duobus Saturni lateronibus, qui cum circa illos planetas principes erratice volvantur, non possunt dici esse in orbe solido.

Probatur 2.o, Cometae quidam generantur

supra Lunam, et observavunt astrologi ex parallaxi illius, qui apparuit anno 1618: atq; eorum Cometarum productio explicari o posse in soliditate Coelorum: facile a posse explicari in coelorum fluiditate, dicendo multas Stellulas, quae seorsim videri fugiebant ad sese accedere: atq; cunctas exhibere speciem Cometae juxta magnitudinis.

Probatur. Octavo si regio planetica est solida, o videventur astra in propriis locis, neque o possent mathematici accurate praedicere Eclypses: consequens est contra experientiam ... et cedens. prob. propos. dum obtutus per duo media diversa densitatis aut raritatis videtur, o censentur in proprio loco, et docemur agenda de refractione: atq; astra videventur per duo media diversae densitatis et raritatis, per aerem tenuem et fluidum: et per coelos solidos: ergo videventur in propriis locis.

Confirmatur. Si coeli planetici essent

solidi, stellae fixae nullomodo conspicerentur: nam per coelum solidum tantae spissitudinis nihil videri posset, et certe licet Chrystallus sit transparens, quia tamen est solida, si daretur Chrystallus spissitudinem habens omnis circa terram, eam nihil pateret, quia a fortiori per tam crassos caelos possent astra ullomodo apparere, si caeli essent solidi.

Urgetur octavo, quia sydera sunt solida, ideo transversa ea operiunt stellas superiores, ut patet in luna, quae propter suam soliditatem eripit nobis aspectum solis in eclypsi solari: quia apparet si caeli planetarii essent solidi, nobis occultarent omnes stellas fixas.

Dico 2º. Caelos inferiores nullum accipere motum a superioribus.



Probatur 1º ex opposito ratione, cum caeli inferiores moveantur motu superiorum quam superiores motu inferiorum: si enim

Cœli non sunt solidi, et sibi invicem connexi ut rotæ Horologij, cum potius superiores suum motum communicant inferioribus quam e contra. atqui ex adversarijs Cœli superiores non moventur motu inferiorum: ergo neq. inferiores motu superiorum.

Probatur 2º non potius rao cur 1um mobile et duo Chrystallina cogant suos motus subjectis orbibus, quam superiores planetæ inferioribus. atqui superiores planetæ ex adversarijs non cogant suum motum inferioribus: ergo nec 1um mobile et duo Chrystallina subjectis orbibus.

Dico octavo esse tantum tria Cœla, Empyræum, firmamentum et planeticum.

Probatur tres saltem esse cœli, cum legamus 2. Corint. 12 S.tum Paulum raptum usque ad tertium Cœlum: atqui non est necessitas admittendi plures Cœlos: ergo, siquidem esset necessitas, vel propter diversitatem

Syderum. Vel propter diversitatem motuum,
vel propter diversitatem planetarum; non
propter diversitatem Syderum, nemo enim
hactenus tot admisit cælos quot Sydera.
non Etiam propter diversitatem motuum; quia
duo Saturni proceres et quatuor Jovis
Satellites habent alios motus a suis
planetis principibus, cum circa eos
circulariter volvantur, nec tamen proprios habent
cælos, ut omnes. non etiam propter diversitatem
Planetarum, quia asserendo planetis cælum
esse fluidum, omnes Planetarum periodi
facile possunt explicari sine multitudine
reali cælorum, ut patet ex explicatione motus
Solis superius adducta, et patebit ulterius
in Systematibus sequentibus: G et H
vers cæli. Ut Riccius in libro de cælo Cap. ult.

Articulus 3us

Exponitur Systema Copernicum.

Superiori sæculo Nicolaus
Copernicus nobilis Danus, quem vivum

Incomparabilem ipse Tycho, quam nunc
adversarios numerosos, in lucem revocavit
antiquissimam opinionem de statione Solis
in centro mundi, et motus terrae circa Solem:
quam opinionem olim Pythagoras
propugnarunt [illegible] et quam
Aristarchus Samius test. Plutarcho professus
est: eandem etiam nuper post Copernicum
locupletavit Galilaeus a Galilaeis.

Sic ergo mundum statuunt Copernicani
Sol in mundi centro perpetuo manens circa
proprium axem volvitur menstruâ fere
periodo, ut ex motu ejus macularum
colligitur. circa Solem volvuntur Mercurius
et Venus: deinde sequitur terra (tanquam
unus planeta) aethere circumfusa, quae
anno integro unam circulationem circum polos
Eclypticae absolvit: et unam insuper
singulis diebus circa proprium axem, gyrationem
conficiens omnium astrorum diurnum motum
apparentem nobis exhibet. circa terram
Luna velut satelles orbi magno inscriptus
suum cursum conficit 27 circiter diebus:

Sequuntur tres Superiores Planetæ, Mars Jupiter, et Saturnus, circa quos Ingenti altitudine supervertens[?] est firmamentum, ut Suppositus Typus declarabit.

Circus 4.us

Explicat.^r^ Systema Tychonicum.

Tycho Brahæus a Copernico persuasus de soliditate a Cælis planetarum eliminanda: Cum motum terræ circa Solem probabilem non putaret, medium inter Copernicanum et Ptolemaicum Systema composuit, Juxta quod terra in Centro mundi manet ponderibus librata suis. Circa Eam fixæ moventur Inquam circa suum Centrum, atque etiam duo Luminaria diversis temporibus, per quæ dicatur Sol scilicet et Luna, et in his convenit Tycho cum Ptolomæo. Circa Solem tanquam velut circa Centrum proprium moventur Mercurius Venus, Mars Jupiter et Saturnus, in quo Tycho convenit cum Copernico, ut patet in sequenti diagrammate.

Articulus 5.us

Duo Posteriora Systemata secum Conferuntur.

Hae duae Hypotheses in eo conueniunt quod omnes a Caelis planeticis soliditatem amandent, item in eo quod admittant Lunam terrae Concentricam circa ipsam volui: Mercurium vero, Venerem, martem Iouem et Saturnum Soli Concentricos circa ipsum moueri: denique quod Centro mundi (quodcumque illud sit Sol vel terra) firmamentum faciant Concentricum.

totum discrimen, in quo stat cardo totius difficultatis, est vtrum a terra tanquam a Centro ducendus sit orbis Solaris circa quem Sol voluatur: et consequenter vtrum a terra ducendum sit firmamentum, vt vult Tycho: vel vtrum a Sole tanquam a Centro ducendus sit orbis terrestris, per quem terra gyret, et consequenter vtrum a Sole ducendum sit firmamentum

Ut manule Copernicum. Hæc vero in sequenti figura Clauius patebit.

Art. 6.

Expenduntur Rationes Copernicanorum.

1.ª ratio Copernicanorum est: Conveniens fuit hominem ut præcipuum mundi incolam terra veluti rheda circumvectus lustrare mundi partes, quam in ipso universi centro, veluti in carcere reclusum, circa moveretur Sol.

Respondent Tychonici, quod quietem digniorem esse motu, et ad contemplationem aptiorem, conveniens fuisse ut homo in terra inquam regi in palatio certa mundi partes successive per motum repræsentarentur, cique alternis veluti stationibus quotidie assurgerent.

2.ª ratio Copernicanorum est: natura non agit per difficiles vias, quod potest per faciliores,

Et pt in metu vacui, in quo naa o
occurrit ad fractionem globorum, sumpto
solum motum aut illius inhibitionem
vacuum impedire posset at longe facilius est
unicam terram rotari circa solem, tum
circa centrum, quod caeteros motus reddat
apparentes, quam reliqua mundi corpora
incredibili velocitate circa terram
circumagi, adeout in sententia Tychonis
stella firmamenti sub aequatore constituta
singulis minutis conficere debeat
septingenta milliarium millia: unde
tam absurdus est Tycho, quam ineptus
foret ille coquus qui carnem versus
ignem vertere dedignatus, ignem potius
verteret circa carnem.

Respondent Tychonici, quando maj.
naa ut agit per difficiles vias qd
pt per faciliores, si illae faciliores
utiliores sint ad finem quem intendit
cedunt; secus, negant. at cum Deus
oia subjecerit pedibus hoie, conveniens
est oia moveri circa hoem, qui

Ipsum hoem, ipsto quum condit ad st oia. porro mir ablegadem e sydera firmamenti ~~tantillo tempore~~ tantum creare spatium: sed o impoble, cum motus fuiri ipsi celerimi e celerais in instans. et eotam si Tychonici admittant stupendam velocitatem in firmamento, copernicani admittunt exorbitantem firmamenti eadlitatem. explum a coqui o ead vem, cum coquo aq; facile o dii volucre tg num qui carnem.

Instant copernicani. astra neque egent motu, neque terra: hora a ipstr Juoce Incolae Egei Influentijs sydvis: G coientus e Ecas terra pro suum motum quaerat.

negant Creq. Tychonici ipstr eamd. raoem, qa fi. oia st ipstr hoem, et pinde oia moueri debent prout coientus e hoi.

3ª rao copernicanorume: Sol e vex

sydereum et fontem totius luminis: q̄- debere esse in centro mundi, et oia sydera circa ipsum tanquam aulici circa regem volitent.

Respondent Tychonici, sydera esse in gratiam Solis, sed oia simul cum Sole in gratiam hominis, et proinde debere oia circa hominem immotum volui.

adde qd etiam in sententia Tychonis Sol sit in medio Planetarum, qd sufficit, cum ab eo soli planetae, cum terra lumen mutuentur, et stellae fixae.

4.a ratio Copernicanorum est: cum Planetae oes circa Solem volvantur excepta luna, longe facilius fuit terram quoque circa solem moveri, qm Solem circa terram tot secum orbes circumagere.

Respondent Tychonici, difficilius esse planetas a sole circumferri, dum interim motus suos circa ipsum peragunt: qm in opinione Copernici, lunam circa terram volvi, et interim simul cum terra annua circulatione circumagi.

2a ratio Copernicanorum est. Si Sol moveretur, sequeretur Epicyclum esse majorem suo orbe, nam circulus Martis major est orbe solari, cujus tamen foret Epicyclus.

Respondent Tychonici, circulum Martis esse Epicyclum orbis Solaris, sed esse circulum majorem insuetumque non. sed quid inde.

3a ratio Copernicanorum est. Etsi ipsi Tychonici velint solem moveri circa terram, possunt tamen negare terram moveri. quomodo enim fieri possit, ut dum tota mundi machina revolvitur, ipsa terra sola sit immobilis? nam profecto nec vastitas ejus hoc impedit, cum Planetae qui terram longe superant moveantur. nec gravitas, quia enim gravitas resistit motui circulari, cum per motum circularem grave a centro dimoveatur. Et praeterea solarem terram existimo mobilem quam illa corpora motui impendere

Respondent Tychonici, Deum
fundasse terram super stabilitatem
suam et non inclinetur in saeculum saeculi:
gravitatem a terrae satis sufficientem
esse causam illius immobilitatis: si enim
gravitas dat terrae ut descendat, dum
centrum petit infimum locum, ipsi quoque dat
ut in centro constituta quiescat ponderib.
librata suis. addeq. quod per regionem
planetarum et aetherem fluidum permeabilis
naturae motus sydereum ad terram usque
pertingant.

Quaeritur Copernicanorum et Tychonicorum
pro statuere etiam firmamentum
sit solidum vel fluidum: solidum,
nam cum stellae aliae aliis velocius
moveantur, etiam fluidum, quia cum
caetera eandem immobiliter situm
servent et stellae fixae eandem perpetuo
inter se retineant distantiam, eo veri
similius est haec corpora alicui
solido moveri affixa.

Respondent Tychonici firmamentum esse solidum propter rationem allatam: nec mirum esse cur aliae stellae aliis velocius moveantur, etsi eidem solido sint affixae. quippe illae quae sunt prope polos, non tam vastos faciunt circulos percurrendos, quam illae quae sunt sub aequatore: sicut in sententia Copernici Zona torrida celerius movetur quam gelida.

Va. ratio Copernicanorum. quo major est orbis, eo tardius movetur, ut patet ex eo quod Luna movetur mensttruo periodo, Mercurius trimestri, Venus novem mensibus, Mars biennio, Jupiter 12 annis, Saturnus triginta. porro si terra moveatur, servabitur haec proportio: at in sententia Tychonis id non reperitur, nam Imum mobile omnium supremum et maximum intra 24 horas suum absolvit cursum: si terra movetur.

Aiunt Tychonici mag[is], quo major est orbis, eo tardius movetur motu proprio,

cedunt. motu coeli diurno, negant.
at Sevuatur etiam hic proportio in corum
mente; nam stellae fixae quae in eorum
sententia sunt in primo mobili, cum primum
mobile a firmamento non distinguant, absolvere
deberent suum cursum proprium in 36
annorum millia. ratio Copernicanorum
valeret idem contra Ptolemaicos qui primum
mobile statuunt supra firmamentum,
et ei dant unicum motum, scilicet motum
diurnum, quo rapiat omnes orbes subjectos;
at nihil urget contra Tychonicos.

9.ª ratio Copernicanorum. quaedam sunt
corpora caelestia, de quorum motu omnes
consentiunt, scilicet Luna, Mercurius, Venus,
Mars, Jupiter et Saturnus: alia, de quibus
dubitatur, scilicet Sol et terra, quorum
alterutrum moveri debet: ergo potius
dicendum est illud moveri, quod majorem habet
cum iis, de quibus non ambigitur, affinitatem.
atqui terra majorem habet affinitatem
cum planetis mobilibus, quam Sol,
cum terra sit obscura sicut alii
Planetae, Sol vero lucidissimus.

Respondent Tychonici. esto hanc terra cum planetis habeat convenientiam, longe plures habet disconvenientias, sic: quod planetae sint propter commodum terrae, et contra: quod in terra fiant generationes, non in planetis: quod terra gravis sit, propendeatque, ineptaque ad motum, et a planetae, vel potius caeteraque incorruptibiles sint, et omnium caelestium qualitatum expertes.

10.a ratio Copernicanorum. In Zona torrida sub aequatore, in vastissimis maribus, perpetuo sentitur vehementius ventus ab ortu ad occasum: at hujus rei ratio afferri alia non potest nisi quia terra movetur rapidissime ab occasu ad ortum, eo fere modo quo equo citato equo progredientes sentiunt auram reflantem: quia terra movetur.

Respondent Tychonici. hujus aurae inter tropicos ab occasu perpetuo reflantis causam ignotam esse etiam Copernicanis: tum quia si veniret a motu terrae, deberet esse regularior et uniformis: tum quia deberet esse longe

vehementiores, quam de facto, cum motus
terrae foret vehementissimus.

Ultima ratio Copernicanorum est
quia per motum terrae bene explicatur
aestus maris: et hanc probat Galilaeus
toto dialogo 4 Systematis cosmici: namque
si vas aqua plenum velocissime moveatur,
undequaque fluxi ac refluxi aquam: cum
ergo terra moveatur, mare quasi Canonis
includitur hoc motu agitatum propria
gravitate infra retinetur, et impetu
sursum attollitur suasque patitur
reciprocationes.

Respondent Tychonici, hinc repeti
posse aestum maris: tum quia fluvii qui
sunt prope maria aestum maximum
paterentur deberent quoque aestuare, quod
est repugnat experientiae: tum quia mare
mediterraneum aeque deberet aestuare ac
oceanus: tum quia cum velocissimus
foret terrae motus, mare non deberet ad tam

parvam distantiam effluere, sed undequaque exundare, et terram fere totam obruere, ut patet ex eo quod si vase aqua repletum celerrime moveatur totus fere liquor effundatur. tum denique, quae afferri potest ratio cur in aequinoctijs major sit aestus maris quam in Solstitijs, et cur fiat quotidie tardius quatuor horae quintis.

Articulus Ultimus Examinantur Rationes Tychonicorum.

1a. ratio Tychonicorum, quae petitur ex motu diurno hoc modo. patet ipsis oculis Solem et caetera sydera singulis diebus oriri et occidere: ergo sol movetur, non terra.

Respondent Copernici negando consequentiam, inquiunt, ut aliquid appareat nobis moveri, sufficit quod vel illud ipsum moveatur vel nos. ut etiam docet ipse philosophus 2o de Caelo cap. 8o. sed dum navi

movemur, videtur nobis Civitas aut ripa moveri. Hinc Virgilius

Provehimur portu, terraeq; Urbesque recedunt.

Unde etsi terra moveatur, cumq ea nos, movemur, pinde sol nobis apparebit moveri, ac si defacto moveretur, ut pt in sequenti Typo. in quo si terra moveatur circa suum axem, dum hoc respondebit puncto A, putabit solem oriri: dum pervenerit ad punctum B, putabit solem ascendere, ad meridum: dum venerit ad punctum C. videbitur ei sol occidere; denique dum attigerit punctum D, erit ei nox Connubia.

Dico vero Tychonicorum petitur ex motu annuo solis hoc modo. Sol percurrit 12 signa Zodiaci annuo periodo, adeout 23 Septembris v. g. sol sit in libra, in aequinoctio autumnali, et in Capricorno sol sit in solstitio hyemali: G sol o e Immobilis.

Dicunt Copernicani ardens. Sol percurrit 12 signa Zodiaci annua periodo apparenter, ceedunt. Sol percurrit 12 signa Zodiaci vere et realiter, negant. Etenim ex eo q̃d terra annua periodo moveatur circa Solem, clare explicatur quomodo Sol diversis temporibus successive videatur currendere. nam dum terra erit sub ariete E. G. Sol apparebit in Libra: dum vero terra erit sub tauro, Sol apparebit in Capricorno, et sic de caeteris et pt in sequenti figura.

3.ª ratio Tychonicorumque quae petitur ex declinatione hoc modo. assignetur ratio cur Sol a nobis recedat hyeme, et ad nos accedat aestate, et unde variae anni tempestates nisi per motum Solis: ergo Sol movetur.

Respondent Copernicani id oriri ex invariabilitate axis terreni, quique pt experiri sphaeram dum supra ...

volutur axim, et mutare Inclinatoem
versus eandem ptem, qd probant hoc
exeplo. Si manu teneas in Cubiculo
calicem aqua plenum, cui globulus
Innatet, et in illo globulo ptem notes
fenestrae obversam, teque in gyrum
Circumagas, videbis ptem ate notatam
ppetuo fenestrae obversari, et inde
axim illius globuli esse Immobilem. Hoc
posito dicunt terram per suum motum non
mutare Inclinatoem axis super polos
Ecclypticae: exqua Invariabilitate axis
fit, ut terra dum est in cancro (Sole
apparente in Capricorno) polum
antarcticum a sole avertat, antarcticum
ad eum Convertat: dum a terra est in
Libra (Sole apparente in ariete vel coa)
uterq; polus ex aequo soli obvertatur:
Unde Contingunt aequinoctia ut pt In
sequenti Schemate.

4a. rao Tychonicorum petitur ex anticipatoe
aequinoctiorum, qd scilicet aequinoctia non

fiant Spcu in iisdem arietis, et libræ punctis.

Rondent Copernicani ad ipsum quoq; respondendum in horaru, eoqd axis terrenus quamvis eand. ad ptes Universi directionem servet, o illa praecise id facere, q in paululum declinet, et illius poli motu tardissimo exiguum circulum describant circa axem Zodiaci: qd, inquiunt, o valde notatu dignum, et cum motus ille sit insensibilis et tardissimus.

3a. vro Tychonici contra 3plici Epicicli o 3pl motus sphæræ terrestris, atq; in sntia Copernici terra quæ e Cnus sphæræ terrestris 3ex motus, scil diurnus, annuus, et declinationis. G impossibilis e sntia Copernici.

Rondent Copernicani negando majorem 1o dum aliquis globus volutus percurrendo aliqd majus spatium: intrim spcu circa pprium axem circumagitur. Ut pt exemplo globi lusorii, qui a scopo ad scopum pergendo multotiens circa se

gradum volvitur. Sic terra diurnum integrum circuitum circa Solem annuo periodo dierum 365, interea circa primos polos absolutum, et explicatur motus annui et diurni. Per interim eandem perpetuo servat axis directionem, ut dictum est, et explicatur motus declinationis ab aequatore versus tropicos.

6.a ratio Tychonicorum est: a quo dici aequo moveatur terra; a se? an ab alio?

Respondent Copernicani ab eadem causa terram moveri in sua sententia, a qua movetur Sol in sententia Tychonicorum, per se vel ab intelligentia vel assistente forma, juxta varias philosophorum opiniones.

7.a ratio Tychonicorum est: motus circularis est violentus terrae: at nullum violentum perpetuum est, ergo terra non movetur circulariter.

Respondent Copernicani negando majorem, nam motus circularis gravi a suo centro non discedenti nec est violentus: quod si esset violentus, quod ad summum est indirecte, quod etiam Tychonici cedere debent de motu Solis.

Instant Tychonici probandum esse de toto idem proportione partium : atque partes terrae non moventur motu circulari sed recto : ergo nec tota terra.

Respondent Copernicani hoc argumentum probare nimium, quia si terra circulariter moveretur glebae quoque terram versus suum projectae non caderent motu plano perpendiculari, de quo infra : Secundo ex hoc argumento sequitur ad summum globum terrestrem a sua dictus sede divulsum, ad eam remeaturum, sic lapidem projectum remeaturum.

2º ratio Tychonici colligitur : feruntur gravia ad centrum universi : atque feruntur ad terram : ergo terra est centrum universi.

Respondent Copernicani negando majorem sed gravia, inquiunt, feruntur ad centrum globi terraquei cujus sunt partes, et ad quod naturalem habent propensionem, qua sunt, ut ad illud undiquaque considerunt, sicut magnes undequaque respicit Polum.

Instant Tychoni ci: Sequeretur terra dictis annihilata lapidem non amplius descensurum. Hoc ã falsum est

Rondet sibi Galilaeus se lubenter assumere adversario, dummodo aliquo minimus capere id objicere se non putarem in illo casu mystico lapidem vel quicumque relaturum ad locum, in quo antea erat terra; prout ipsi adversarij divinabunt de Inclinatione magnetis polo dimintur annihilato.

9.º vao Tychonicorum. Sequeretur aedificia motu terrae excussa corruere: falsum, Ergo Gerundum.

Rondent Copernicani negando sequelam, cum quia motus terrae evalde regularis et uniformis, cum quia aedificia ipsorum gravia naturali Inclinatione tendunt ad Centrum. Et proinde cum per illum motum a suo Centro o dimoveantur, nihil ē eius collabantur.

Instant Tychonici. primum est motus circularis dissiparet creaturas. g motus circularis terra caderet aedificia.

Dicunt copernicani audiens. primum est motus circularis creaturae creaturae quae tendunt ad centrum proprio circularitatis motime moventur eodem modo ea nata sua cedunt. quae naturali Inclinatione tendunt ad Centrum proprio moti, et eodem motu moventur, negant nam sunt per naturalem suam Inclinationem, tum ad idem Centrum, tum ad eundem. motum dissipationi resistent.

10a. ratio Tychonicorum est, si terra agitaretur maria undique effluerent terreno motu concussa: atq; hoc experientiae repugnat g terra non movetur

Respondent Copernicani negando min. et inde oriri asserunt aestum maris: quidem vehementiores in mari orientali, quia aspiam, et eo quod ibi celerius est terrae motus propter majorem circulum trahendum.

Unde in mari Eoo aestus est quavis
sagitta velocior.

Instant Tychonici potendo, cur
ergo aestuant hae agitatae flumina et
mare mediterraneum.

Respondent copernicani ... tum
ex angustijs alveorum, quibus licet etsi
sint quidam aestus, at non sensibiles;
tum quia motus naturalis, quo flumina pro
declivitate ad mare properant, impedit aestum.
et hanc ob rem mare mediterraneum
dicitur aestuare, tum quia est tamen mare quasi
sinus: tum quia recipit inde multos celebres
fluvios, scilicet Tanaidem, et Copam in palude
Maeotide, Borysthenem et danubium seu
Istrum in ponto Euxino, Meandrum et
Cymmonam in archipelago, padum
in mari adriatico, Tyberim in mari
Thusco, Rhodanum in mari gallico,
Iberum in mari Balearico, et multos alios
quibus impetum faciunt in oceanum per
fretum gaditanum tendit aestui.

Ua rao Tychonici contra eos: Si terra moveretur ab occasu ad ortum, ut volunt copernicani, perpetuum sentiremus ventum ab ortu ad occasum, propter motum terrae contrarium, ex quo id est contra experientiam: Ger andem

Respondent copernicani negando min. quippe sub Zona torrida in vastissimis maribus perpetuum ventum ab ortu reflare testantur nautae: qui addunt longe difficiliorem esse, proindeque diuturniorem sub aequatore ab occasu ad ortum navigationem quam contrariam. Sed at o apparere ventum illum orientalem perpetuum, tum quia magis accedimus ad polum ubi lentior est motus, tum quia aer celebris montibus, aedificijs et arboribus interclusus simul cum terra defertur. 2am rao cum confirmat exemplo navis citissime volantis, in cujus cubiculo o sentitur aura afflatus, licet maximus sentiatur supra malum.

12.a ratio Tychonicorum est, si quaeretur ex opinione Copernicanorum nos non visuros dimidiam firmamenti partem, siquidem terra longe foret remota a centro universi mundi, ex quo in solo videri potest stellati coeli dimidium.

Distinguunt Copernicani propositionem: siquidem nos non visuros mediam coeli partem implicite, concedunt, popularitur, negant. ad hoc enim sufficit si tanta sit firmamenti vastitas, ut terra illius respectu sit insensibilis.

Instant Tychonici, hinc sequi exorbitantem firmamenti vastitatem; hoc autem esse absurdum.

Respondent Copernicani: longe esse credibilius maximam esse firmamenti vastitatem, quam tam incredibilem in stellis fixis velocitatem: siquidem nullum est qui sibi non persuadeat longitudinem mundi

magnitudinem. Vix ullum esse qui
percipiat eius aliquid singulis minutis
10 milliaria pervenerit. Quam rationem
confirmant comparatione motus Saturni
30 annorum cum motu fixarum 36
millium. Si enim tempore 30 annorum
insensibile sit respectu motus 36 millium
caelum quoque Saturni erit insensibile respectu
firmamenti. quippe ratio postulat ut
quae celerius eo plus temporis insumat
in suo motu quo majus est, quia eo magis
habet spatii percurrendum.

Urgent Tychonici fore maximum
spatium inter Saturnumque fixas esse
stellas vacuum, proindeque inutile.

Respondent Copernicani negando
sequelam, nam licet de facto inter
Saturnum et fixas nullae videantur
stellae, non sequitur nullas esse, cum novae
superioribus temporibus detectae sint
qualis fuit illa quae apparuit in Cassiopeia

Superiori saeculo: nec sequitur spatium illud esse inutile, ex eo quod bonae quae nobis sunt innotescant; sicut non sequitur illas herbas, quarum vires nos latent, esse superfluas in natura.

Eodem principio solutum aliud argumentum quod dicunt Tychonici, forent stellae nobis apparerent longe majores ob notabilem terrae altitudinem, propter majorem terrae ad easdem approximationem.

Respondent enim Copernicani id non sequi: quia propter exorbitantem fixarum a nobis distantiam, approximatio terrae ad illas est insensibilis. patet enim experientia, quod si tantisper accedamus ad objectum distitissimum, non propterea majus apparebit.

Ultima ratio Tychonicorum est. Si terra moveretur, sequeretur lapidem sursum projectum ad pedes projicientis non relapsurum, quia dum lapis sursum

ascendere, hoc terrae motu abreptus immensum percurreret spatii, et sic lapis ab hoc longe recederet: atque circumcirca orbem describeret quam descenderet.

Respondent copernicani negando sequelam; navi, inquiunt, hoc navi promoveretur si lapidem sursum projiceret, videret eum descendere iuxta se, ac si navis immota staret. ratio est quia simul moventur, proinde se habent ac si non moverentur: et etiam projiciens imprimit projecto eum motum quem habet, et proinde cum manus projicientis in sententia Copernici 2um habeat motum, unum suum, et a se ipsa, alterum circularem a terra, utrumque motum imprimit lapidi. Unde cum lapis utroque motu simul moveri possit, lapis movebitur nec motu plane perpendiculari, nec plane circulari, ut patet in sequenti schemate.

Solvit.r ead. facilitate argtum quo
Concludunt Tychonici, forent aves ad partem
volantes velociores quos o reperirent stropte
introitu celerrimo terrae motu abreptae.

Nam sicut musca in naue volante
inclusa tedit ad easd. paruas rimas, o secus
ac si nauis staret: ita aues inclusae in —
naali hoc domicilio, qd terra et lunae caelum
estat, perinde reperient nidos si terra —
moueatur ac si quiescat. qa cum motus —
terrenus auibus et nidis cois sit, perinde
e ac si nullus eet.

Eod. modo rondetur instantiae qua Tychonici
probant, forent multo longius versus occasum
explodenturae bombardae, sdum sc. terrae motum,
qm versus ortum eoa sumd. motum.

Hoc enim falsum e. nam in naui mota
pilae mouentur longius sdum motus nauis,
qm aduersus [illegible] ppter idem pprium, qd sc.
quae simul mouent. perinde se hent ac si o mouerent.

Ex his oibus soluoib. pt qnta sit ignorantia
nostra, qd sc. nesciamus an terra stet quam

quotidie calcamus, moveatur vel quiescat id procul dubio noverat philosophus romanus dum lib. 7 nat. quaest. cap. 2° hujus problematis studium laudat, solutionem a se afferri, sic scribens; pertinebit hoc ad considerandum sciamus utrum mundus terra stante circumeat, aut mundo stante terra vertatur. fuerunt enim qui dicebant nos esse, quos rerum naturam nescientes ferat, nec caeli motus fieri ortus et occasus, sed nos ipsos oriri et occidere, et digna res est contemplatione, nesciamus in quo rerum statu simus, pigerrimam sortiti aut velocissimam sedem, circa nos Deus omnia, an nos agat.

Tandem Tychonici rationum suarum infirmitati soluti conscij, recurrunt ad varios sacrorum codicum textus; in quorum alijs terra dicitur immobilis: ut Psal. 103 ubi sic scribit psaltes qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in saeculum saeculi: in alijs dicitur sol moveri ut Eccl. 1 ubi sic scribitur, oritur sol

et occidit, et ad locum suum revertitur,
Ibique renascens gyrat per meridiem
et flectitur ad aquilonem i lustrans
universa in circuitu pergit spiritus et
in circulos suos revertitur. In alijs
denique sol dr aliqndo stetisse, ut Jos. 1o.
ubi sic narratur. Stetit itaq sol in
medio cœli, et non festinavit occumbere
spatio unius diei non fuit antea, nec postea
tam longa dies. ex qbus obus colliges
turam quiescere et solem moveri

Rondent copernicani scripturam
in illis locis loqui ad sensum nostrum, eo
qd licet sol defacto non moveatur, nobis
tn appareat moveri. Adum vorisionem
allatam coa raoem 2am. Hanc solnoem
firmant per multos textus, in quibus
Scriptura sese accomodat sensui nostro ut
cum v.g. gen. 1o. luna vocatur luminare
magnum, qd ita nobis appareat, cum
tn sit ex minimis astris.

nihilominus qa oes vulgo
Theologi post s.tum eniq docent scripturar

Sacrae eligendas esse in textu litterali,
quotiens ille nihil continet contrarium fidei aut
bonis moribus repugnans: testis a
sacri a Tychonicis contra Copernicanos
laudati eandem literam intellecti, fidei,
et morum honestati non adversantur:
ideo quamvis ratio naturalis nihil conuinceat
nos hic propter solam sacrarum paginarum
authoritatem systema Tychonicum cum
copernicano anteponimus, in captivitatem
redigentes intellectum in obsequium
Christi, cui hoc nostrum qualecunque
opusculum tota mente consecramus.

Finis.


BIBLIOTHÈQUE SAINTE GENEVIÈVE
SG

Labbé Dherbau

Labbé Dherbau

Jano



